Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

decent in illa regione beatitudinis in claritate
sua conspicua · sed in natura minime videri · Quos
nimirum minor inquisitionis subtilitas fe
fellit · Neque enim illi simplici et incommutabili
essentie aliud est claritas · aliud natura · Aug.
ad paulinam — Si autem dixerit mihi quod scriptum est · deum nemo vidit
umquam · homines tantum intelligendos · · Nam hoc
apostolus planius explicans · Quem nemo vidit
hominum vidit · sed nec videre potest · ut ita dictum
sit · Deum nemo vidit umquam · ac si diceretur
nullus hominum · questio illa soluta videbitur · ut
non sit huic sententie contrarium quod dominus ait
angeli eorum semper vident faciem patris mei ·
Ut scilicet angelos deum videre credamus · quem
xviii mor. — nemo vidit umquam · sed hominum · Greg. Sunt
tamen nonnulli qui nequaquam deum videre nec ange
los suspicantur · Criso. Dicentes quod ipsum
quod deus est non solum prophete sed nec angeli vide
runt · nec archangeli · Sed si interrogaveris
eos · audies de substantia nichil respondentes · Glo
ria vero in excelsis deo non solum cantantes ·
sed et in terra pax hominibus bone voluntatis ·
Et si a cherubin et seraphin concupive
ris aliquid discere · misticam carminum me
lodiam audies · et quoniam plenum est celum et
ad paulinam · — terra gloria eius · Aug. Quod quidem in tan
tum est · quia dei plenitudinem nullus non
solum oculis corporis · sed nec ipsa mente a
liquando comprehendit · Aliud est enim videre ·
aliud totum videndo comprehendere ·
Quod quidem id videtur quod presens utcumque sen
titur · Totum autem comprehenditur videndo ·
quod ita videtur ut nichil eius lateat videntem ·
aut cuius fines circumspici possunt · Criso.
Sic ergo solus patrem videt filius et spiritus sanctus · Que
enim creabilis est nature · qualiter potest videre
quod increabile est · Ita ergo nullus novit deum
ut filius · Unde sequitur · Unigenitus filius
qui est in sinu patris ipse enarravit · Ne propter
nominis communionem unum quemdam eorum qui gratia
filii sunt filiorum esse existimes eum · primo qui
dem adiectus est articulus · Secundo hoc non sufficit

tibi · audi aliud nomen · Unigenitus · Hylarius. — vi. de trin.
Nature quidem fides non satis explicata vide
batur ex nomine filii · nisi proprietatis virtus
per exceptionis significantiam adderetur · Preter filium
enim et unigenitum nichil cognominans · suspi
cionem penitus adoptionis exclusit · cum
veritatem nominis unigeniti natura prestaret.
Crisostomus. Sed et aliud posuit dicens · Qui est in
sinu patris · Esse enim in sinu consistere multo
plus est quam simpliciter videre · Nam qui simpliciter
videt · non omnino eius quod videt cognitionem
habet · Qui vero in sinu consistit · nichil ig
norabit · Cum ergo audieris quod nullus cognos
cit patrem nisi filius · nequaquam dicas quoniam et si plus
omnibus novit patrem · sed non quantus est novit
eum · propterea evangelista in sinu patris eum mora
ri dicit · ut non estimemus per id aliud significatum ·
quam familiaritatem unigeniti · et coeternitatem
ad patrem · Aug. In sinu enim patris · est in secre
to patris · Non enim deus habet sinum · quemadmodum
nos habemus in vestibus · aut cogitandus est sic
sedere quomodo nos · aut forte cinctus est · ut sinum
habeat · Sed quia sinus noster intus est · secretum
patris sinus patris vocatur · Qui ergo in secre
to patris novit patrem · ipse enarravit quod
vidit · Criso. Sed quid enarravit · Quoniam
unus est deus · Sed et hoc reliqui prophete et moyses
clamant · Quid ergo plus didicimus a filio in
sinibus paternalibus existente · Primum quidem ipsa
hec que alii narraverunt sunt enarrata ex
operatione unigeniti · Deinde quoniam multo ma
iorem suscepimus doctrinam per unigenitum ·
et cognovimus quoniam spiritus est deus · et eos qui ado
rant eum in spiritu et veritate adorare oportet ·
et quoniam deus pater est unigeniti · Beda. Preterea
sciendum quia si ad preteritum refertur · quod ait
enarravit · homo factus enarravit quid
de trinitatis unitate sentiendum · qualiter ad eius
contemplationem properandum · quibus actibus sit
perveniendum · Si vero refertur ad futurum · tunc
enarrabit cum electos suos ad visionem
claritatis sue inducet · Aug. Sunt autem